

tiam in causa appellatio, & uidetur, quod male papa pronunciauerit sententiando diffinitive super prima causa, vel sententiam illam cassando, quia debebat appellatum in termino non competentem instructum in expensis condemnare, vt de app. c. Nic. Item qd sufficit appellatam mittere ad impetrandum, & contradicendum, vt patet. inf. de app. c. interposita. † Hic sunt plura videnda. Primo an eo, qd appellatio sit interposita, causa dicatur in curia, vt ibi debeat tractari. secundo dato, qd sit in curia, quis sit effectus, qd ibi sit, & anufficiat mittere procuratorem simpliciter ad impetrandum? Tertio an dato, qd causa sit in curia, possit quandoque procedi ad sententiam diffinitiuam in contumacia? ad primunglo. dicit hic, quandoque appellatur a sententia interlocutoria, & tunc delatio siue iudicis, siue etiam partis appellatae facit causam esse in curia, termini autem statuti non, quarto est appellatum a diffinitiuam, & tunc sufficit, qd statutus terminus per iudicem aut partem, vt causa dicatur in curia, & sic loquitur hic. hoc non placet Doct. per ea, quae no. ca. interposita, §. i. inf. de app. quo ad causas non beneficiales, quo autem ad beneficiales dicunt tenendum, quod n. in c. i. de elect. lib. vi. Tu dic, qd quaedam sunt causarum quarum natura facit esse negotium in curia, & sic causa est in curia, quod appellatur, vt qd sunt de maioribus. de ap. c. vt debitus, in fi. de ele. c. quamuis, lib. vi. & in beneficiis feruata forma, c. i. de rescri. li. vi. & c. causam. de ele. in cle. & tunc non expectatur aliud accidens, qd immediate causa est in curia, vt hic. Quaedam sunt causae, qd ex acciderit sunt in curia & in istis dic, quod si quaeritur de actu super quo pendet appellatio, sola delatio iudicis aut partis facit causam esse in curia exigitur consensus appellati, nec sufficit delatio iudicis, quo ad principale negotium, de app. c. cordi, li. vi. Termini autem statuti sola nullo casu facit causam esse in curia, quia solum ordinatur in fine iter pellandi partem, sed bene operatur, quod vbi ex altero signo causa est in curia, non exigitur noua citatio, sed sufficit terminus iste statutus, & causa potest quandoque in curia expediri post illum terminum, qui habetur per citationem peremptoriam, vt hic est casus. de app. c. saepe, & hoc de primo, qd autem tertius non heat causam facere esse in curia casus est de app. cap. interposita. §. i. & hoc ibi tenet Io. An.

11 † Ad secundum quis sit effectus, quod causa sit in curia, vel non, hoc declarat haec dec. quia ubi est in curia, non requiritur alia citatio, ad hoc. inf. de ap. c. saepe, sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum, vel contradicendum, sed vbi non est, sic debet ergo primo casu mittere procuratorem instructum ad id, quod ibi imminet impedendum. † Ad tertium, an causa existente in curia possit procedi in absentem ad diffinitiuam? tex. videntur contraari. tex. hic, quod sic, tex. in contrarium. de app. c. reprehensibilis & c. Nicolao. pro primo. de app. c. saepe. glo. dicit primo, quod potest procedi ad diffinitiuam sententiam. Necob. de app. c. Nicolao, quia ibi non fuit petium, sed solum fuit petita condemnatio in expensis, vnde illud fuit non ex defectu iuris, sed ex defectu petitionis. secundo dicit glo. quod ubi causa non erat in tali statu, quod posset ad diffinitiuam, procedi, quia non erat lis contestata, ideo fit condemnatio in expensis. Et dic, qd causa existente in curia, aut non est petium, quod fiat condemnatio ad diffinitiuam, & non fit, sed fit condemnatio expensarum, vt d. c. Nicolao. Si est petium, aut non fuit a principio terminus statutus & oportet, quod statuatur, vel citetur ante, quam possit ad diffinitiuam procedi. operabitur ergo statutio termini, quod non erit opus altera citatione, vt patet de ap. c. saepe. Quandoque causa est in curia, & terminus est statutus & pars petit, ut ad diffinitiuam procedatur, tunc aut est causa in tali statu, quod potest procedi, vt quia lis contestata, uel est causa, in qua non exigitur lis conte. vt beneficialis, quod dic hodie, vt in cle. dispendiosam. de iud. & tunc potest procedi ad diffinitiuam, vt hic, de app. c. saepe. de ap. c. per tuas. Quandoq; causa non est in statu, quod possit ad diffinitiuam procedi, ut quia lis non est contestata, & tunc procedit c. Nicolao, quia ibi proceditur ad condemnationem expensarum, hoc olim verum quo ad condemnationem expensarum, hodie indistincte. e. ti. cap. reprehensibilis. † Vltimo inducitur decr. ad quaestionem. An ex literis monitoriis aliquod ius quaeratur? & facit decr. qd sic, quia si per renunciacionem ius tollitur, sequitur quod aliquid suberat. Glo. dicit, quod si consideraretur ius obligatorium, per quod concludatur obligatio contra clericos, contra quos

fit impetratio, per tales literas nulli ius quaeratur. si quaerit an quo ad ipsam ecclesiam aliquod ius reale quaeratur, dicit ibi glo. quod non antequam in illa recipiatur, & benedicit, quia per renunciacionem bene quaeritur ius ad rem, vel in re secundum modum receptionis, vt patet de praeb. c. si postquam, lib. vi. Si quaeritur, an aliquod ius quaeratur agendi, & implorandi officium superioris, vt coram superiori possit instari prosequendi gratia, dicit glof. quod sic, & hoc est ius, quod potest renunciare restituendo literas, & renunciando literis impetratis, vel impetrandis. postea glo. ponit intellectum tactum supra, in capitu. sane, de hoc tactum est supra, de rescrip. capitu. edoceri. & capitu. literis, & vide de concess. praebend. capitu. i. lib. vi. per Innoc. in capi. si soli, & capi. si capitulo, eo. tit. lib. vi. hic non sunt alia. † Quaeo quid si mandatur aliquem recipi in canonicum Bonon. cum sit paratus omnibus beneficiis renunciare, qd pcedere debeat, an renunciatio, uel collatio? Vincen. dicit quod pcedet renunciatio, si literae admittentur, & si postea resistatur, succurratur ei, de pact. capitu. cum pridem. de rer. permu. c. cum uniuersorum, & putat tunc agi potius ex officio implorato, quam ex u. actionis, uide in clemen. de rer. permu. c. unico. Boa. instruxit transmittentes procuratores ad curiam, vt dent tria diuersa mandata procuratori vnum ad impetrandum, & contradicendum, aliud ad prosequendum articulum appellacionis, aliud ad prosequendum negotium principale. Io. An. † Quaeo quis sit effectus termini? dic quod quandoque terminus statuitur a parte, quandoque a iudice, & quandoque ad prosequendum, qd que ad iter arripendum. Et si ad iter arripendum, sufficit arripere intra terminum. Si ad prosequendum, habes vnu effectum, quia ubi causa est in curia, habet vim citationis, peremptoriae. Item alius est effectus, quia non potest talis, terminus per appellatum praeveneri impetrando, quando causa est in curia, quod secus est in termino iuris secundum distinctionem capi. oblatae, de appel. Ant. de But. vtriusque iur. Docto.

## ADDITIONES.

- a † In curia. Adde Do. de Ro. deci. ecci. e. ti. de ap.  
b † Quandoque terminus. Adde quod iudex potest statuere terminum, intra quem pars audiat, & eo elapso imponatur perpetuum silentium, ut in l. diffamari, C. de inge. manu. & in l. i. tit. de accusa. no. Bar. in l. 2. col. 1. in prin. C. de eden.

## S V M M A R I U M

- 1 Episcopus uel alius praelatus absolvens subditos ab obedientia, non per hoc censetur renunciare praeturae. q. 5. vbi ponitur ratio. 6.  
2 Renunciatio facta in mortis articulo, an valeat.  
3 Renunciatio facta per suasionem alterius fraudulenter suadentis, an valeat.

## C A P. XIII.

**E**cce. † Si praelatus ab obedientia subditos absoluit, non propter hoc praeturae renunciat. Communis diuisio. Secunda ibi, nos autem Casus li. Quidam abbas adeo graui egritudine laborabat, quod de ipsius vita desperabatur, ad cuius iudam emuli sui consilium quem emulum non credebant, absoluit monachos ab obedientia sua, & episcopum suum vocauit, vt in manibus suis renunciaret, non tamen renuntiavit. post modum recuperata sanitate monachi reuerentiam, & obedientiam fecerunt ei dem. dubitabat Abbas. an ex tali facto renunciasse intelligatur Abbatiae? Respo. pa. quod no. B. † No. qd valet renunciatio facta in mortis articulo. qd non est spes de sanitate. & sic defectus spei retinetur beneficii non annullat renunciacionem a libera voluntate pendentem.  
3 † No. ii. argumentum. promissionem renunciacionis non tenere factam

## ADDITIONES.

- a † In mortis articulo. Adde quod licet talis renunciatio praesumatur in fraudem expectantis uacacionem per mortem factam, tenet tamen in praesentium renunciacionis si conualecat, ut notat plene Alexan. in l. filia, & ibi materia, de qua hic, ubi etiam Docto. ff. solu. mat. Genii. & Phil. Fran. in c. 4. eo. tit. li. vi.  
† De renunciante beneficio, dicas, quod statim, quod quis renunciat ordinarius, uel alius ad quem pertinet, potest ipsum beneficium conferre, adeo quod ipsi renunciandi potest auferri possessio beneficii absque aliquam citatione renunciantis, ita no. uoluit Inno. in c. accepta, de resti. spo. licet hoc videatur esse contra tex. in c. licet eps, de praeb. lib. vi. tamen potest dici, qd ille tex. non locutus in eo, qui renunciauit beneficio accepta renunciacione per superiorem. Dicit tamen quod per regulas cancellarie, quae communiter a quocunque Pontifice reformantur, decisum est, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, vel simpliciter, vel ex causa permuacionis nisi superuenerit per xx. dies post renunciacionem factam